Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



causa siquis in quolibet metallo auri uel argenti
uel ligni uel lapidis faciat speciem quadrupedis
alicuius. uel serpentis. uel auis & statuat illum
ad adorandum non idolum sed similitudinem
fecit. Uel etiam si picturam ad hoc ipsum statuat
nihilominus sed similitudinem fecisse dicendus est.
Idolum uero fecit ille qui secundum aptum dicere quia idolum
nihil est. fecit quod non est; Quid est. aut quod
non est. species quam non uidit oculus. sed ipse sibi animus fingit.
Uerbi gratia. ut si qui humanis
membris caput equinis aut aliis formis. uel rursum
l. pluno hominis habitu duas faciei fingat.
aut humano pectori postremas partes equi aut
piscis adiungat; hoc & his similia qui facit.
non similitudinem sed idolum facit. Fit enim
quod non est. nec habet aliquid sui simile. & idcirco haec
sciens apostolus dicit. quia idolum nihil est in
mundo. Non enim aliqua ex rebus extantibus
adsumit species. sed quod ipse sibi otiosa mens
& curiosa reperit; Similitudo uero cum ali
quid ex his quae sunt uel in caelo uel in terra uel
in aquis formatur sicut superius diximus; Uerumtamen
non sicut de his quae in terra sunt uel in caelo simili
tudinibus in praempta est pronuntiare. Haeretica